

el caso de los artículos 2.<sup>o</sup> y 4.<sup>o</sup>, por conducto de la misma Junta, remitirán al Illmo. Sr. Arzobispo, y en su ausencia ó falta al Superior Gobierno eclesiástico, un oficio dando cuenta del resultado de las oposiciones, y acompañando copia autorizada del acta, para que su Illma. ó el S. Gobierno eclesiástico hagan el nombramiento de preceptor, ó determinen lo que creyeren conveniente.

Art. 18. Recibido el nombramiento de preceptor, la comision calificadora pondrá en posesion de la escuela vacante al que la hubiese obtenido, levantando una acta de tal posesion en el libro de matrículas que se lleva en las escuelas parroquiales.

Art. 19. La provision en propiedad de una escuela, se entiende mientras no haya algun motivo justificado de remoción.

Art. 20. Son motivos justos de remoción:

- I La enseñanza de malas doctrinas.
- II La inmoralidad.
- III La falta de puntualidad en la asistencia.
- IV El descuido en la enseñanza.

Art. 21. Los párrocos en las escuelas foráneas, con acuerdo del Illmo. Sr. Arzobispo, ó en su ausencia ó falta, del Superior Gobierno eclesiástico, y previo informe justificado, podrán remover á los respectivos preceptores por alguna de las causas expresadas en el artículo anterior. Cuando se diere el caso de una grave y pública falta que

exija una pronta reparacion, los mismos párrocos podrán destituir por sí solos á los preceptores, dando cuenta inmediatamente y acompañando los debidos comprobantes.

Art. 22. En toda vacante, tienen derecho los párrocos de las escuelas foráneas para nombrar provisoriamente un preceptor que se encargue de la escuela acéfala, mientras no se procede al nombramiento de preceptor propietario.

Art. 23. Queda vacante una escuela por muerte, renuncia ó destitucion del preceptor.

Art. 24. La renuncia debe hacerse ante la Junta Directiva en la capital, ó ante el párroco en los lugares foráneos; sin perjuicio de que el que la hiciere, continúe en el servicio de la escuela renunciada por todo el tiempo que fuere necesario, para que se le sustituya provisoriamente con otro preceptor.

Art. 25. En todo caso de vacante, la comision que hubiere hecho la última visita de la escuela en esta ciudad, y el párroco respectivo en las foráneas, darán cuenta á la Junta Directiva de la causa porque ha faltado el preceptor, agregando un informe especificado sobre la manera con que éste haya desempeñado su encargo, en todo el tiempo que estuvo bajo su dirección el establecimiento.

Guadalajara, Febrero 25 de 1876.

PABLO REYES.

# COLECCION

DE

## Documentos Eclesiásticos.

Responsable.—N. Parga.

Imp. de N. Parga.

TOM. I.

Guadalajara, Setiembre 22 de 1876.

NUM. 14.

### SECCION I.

#### Disposiciones generales de la Iglesia.

**Benedictus Episcopus,  
servum servorum Dei,  
ad perpetuam rei memoriam.**

Sacramentum Poenitentiae, quam secundam, post naufragium desperitae gratiae tabulam Santi Patres apte nuncuparunt, Nos licet immerentes ad universi Dominici Gregis curam superna dispositione vocati, omne studium, et Pastoralis solicitudinem adhibere tenemur, ne quod post amissam Baptismi innocentiam datum est Divina benignitate perfugium, per Demonum fraudem, et hominum Dei beneficiis perverse utentium maliitiam, naufragis, ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium; et quod in salutem, et curationem Animarum, a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, exercibili scelestorum quorumdam Sacerdotum improbitate, in earum perniciem, atque interitum vertatur.

§. 1. Dudum quidem a fel. recor. Gregorio Papa XV. Praedecessore Nostro per suas litteras in forma Brevium subdatum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die xxx. Augusti MDCXXII. Pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscumque Sacerdotes au-

diendis Confessionibus deputatos, ad turpia, et inhonesta sollicitantes; et deinceps successivis temporibus, ad earum literarum interpretationem, ac declarationem, plura subinde a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium Inquisitorum sub die xi. mensis Februarii Anno Domini MDCLXI. prodierunt decreta, et a rec. mem. Alejandro PP. VII. pariter Praedecessore Nostro in Congregatione Generali Sanctae Romanae Universalis Inquisitionis die xxiv. Septembbris MDCLXV. coram eo habita, inter alias ab Evangelica veritate, et Sanctorum Patrum doctrina alienas, et dissonas propositiones, sexta videlicet, et septima, huc revocandae, damnatae, et prohibitae fuerunt; Nos itaque mature perpendentes quanti momenti sit ad aeternam animarum salutem ea ubique exacte observari, et quanti ad infirmas oves curandas, et decorem Sanctae Ecclesiae Dei retinendum, intersit, ne aliqui Sacerdos Poenitentiae Sacramento nefarie abutentes, Poenitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes se a Christo Domino Praesides, et Judices animarum constitutos, ea sanctitate, quae sublimitati, ac dignitati munera convenit, tam veneran-

dum Sacramentum, administrent: Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, praefatas literas hujusmodi, ac omnia, et singula decreta praedicta ad illarum interpretationem, et declarationem emanata, Apostolica Auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; atque etiam quatenus opus sit, denuo comittimus, et mandamus omnibus haereticae pravitatis inquisitoribus et locorum Ordinariis omnium Regnum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, et Locorum universi Orbis Christiani in suis respective Dioecesibus ut diligenter, omnique humano respectu postposito, inquirant et procedant contra omnes, et singulos Sacerdotes tam Saeculares, quam Regulares quomodolivit exemptos, ac Sedi Apostolicae immediate subjectos, quorumcumque Ordinum Institutorum, Societatum, et Congregationum, et cujuscumque Dignitatis, et praeminentiae, aut quovis, privilegio, et indulto munitos, qui aliquem Poenitentem, quaecumque persona illa sit, vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post Confessionem, vel occasione, aut praetextu Confessionis, vel etiam extra occasionem Confessionis in Confessionali, sive in alio loco ad Confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione audiendi ibidem Confessionem, ad inhonestam, et turpam solicitare, vel provocare sive verbis, si ve signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post, legendam, tentaverint, aut cum eis illicitos, et dishonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint; et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, et circumstantiis severe animadvertant, per condignas poe-

nas, juxta memoratam Gregorii Praedecessoris Nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum, pro inferta haberit volumus: Dantes etiam, si opus sit, et rursus concedentes facultatem ne delictum tam enorme, et Ecclesiae Dei injuriosum, remaneat, ob probationum defectum, impunitum jam alias in praefata Constitutione tributam, procedendi cum Testibus etiam singularibus, dummodo praeumptiones, indicia et alia adminicula concurrant.

§ 2. Meminerint praeterea omnes et singuli Sacerdotes ad Confessiones audiendas constituti, teneri se ac obligari, suos Poenitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra, solicitatos, sedulo, monere juxta ocurrentium casum circumstantias, de obligatione denunciandi Inquisitoribus, sive Locorum Ordinariis praedictis personam quae solicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictionem ab absolutionem valide impertiendam careat, aut solicitatio inter Confessarium et Poenitentem mutua fuerit, sive solicitacioni Poenitens consenserit, sive consensum minime praestiterit, vel longum tempus, post ipsam solicitationem jam effluxerit, aut solicitatio, a Confessario non pro se ipso sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter Confessarii ne poenitentibus, quos noverint jam ab alio solicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant nisi prius denuntiationes praedictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti Judici, vel saltem se, cum primum poterunt delaturos spondeant, ac promittant,

§ 3. Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti vel aliorum impiis suacionibus, aut promisiis aut blanditis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei iudicio post-

habito et Ecclesiae auctoritate contemplata, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso solicitationis infimulant: Ut igitur tam nefaria audacia et tam detestabile facinus metu magnitudinis penae coerceatur, quaecumque persona, quae execrabile hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes Confessarios impie calumniando, vel scelesti procurando; ut id ab allis fiat, a quocumque sacerdote quovis privilegio, auctoritate et dignitate munito, praeterquam a Nobis, Nostrisque Successoribus, nisi in fine vitae, et excepto mortis articulo, spe absolutionis obtainenda quam Nobis et Successoribus praedictis reservamus perpetuo careat.

§ 4. Demum magnopere cupientes a Sacerdotalis Judicii et sacri Tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem et Sacramentorum contemptum, et Ecclesiae injuriam longe submovere et tam exitiosa hujusmodi mala prorsus eliminare, et quantum in Domino possumus animarum periculis ocurrere, quas sacrilegi quidam daemonis potius, quam Dei ministri, loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium et aliquorum in Theologia Magistrorum concilio de super adhibito, accedentibus quoque iteratis plurim Episcoporum supplicationibus, ac Nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum a pluribus Episcopis per Synodales suas Constitutiones jam factum esse novimus omnibus et singulis Sacerdotibus, tam Saecularibus quam Regularibus cujuscumque Ordinis ac dignitatis, tametsi alioquin ad Confessionem excipiendas approbatis, et quovis Privilegio et Indul-

to, etiam speciali expressione, et specialissima nota et mentione dignos suffultis Auctoritate Apostolica, et Nostrae potestatis plenitudine interdicimus, et prohibemus, ne aliquis eorum, extra easum extremae necessitatis, nimurum in ipsius mortis articulo et deficiente tum quocumque, alio Sacerdote qui Confessarii munus obire possit Confessionem Sacramentalem personae complicis in peccato turpi, atque in honesto, contra sextum Decalogi Praeceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate, et jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam; adeo quidem ut absolutio, si quam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per praesentes has nostras adimere intendimus; et nihilominus, si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis poenam, a qua absolvendi potestatem Nobis solis, Nostrisque, Successoribus dumtaxat reservamus ipso facto incurrat.

§ 5. Declarantes etiam, et decernentes quod nec etiam in vim cujuscumque Jubilaei, aut etiam Bullae, quae appellatur Cruciatae Sanctae, aut alterius cuiuslibet Indulti confessionem dicti complicis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique sacramentalem absolutionem elargiri; cum ad hunc effectum, et in hoc casu, nullus Confessarius utpote, qui in hujusmodi peccati et Poenitentis genere, jurisdictione ut praefertur, careat, et absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendus sit pro Confessario legitimo et approbato. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, praesertim quae nuncupatur Cruciatae Sanctae, vel Jubilaei universalis et plenarii necnon quibus-

vis Ecclesiarum et Monasteriorum, et Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis et Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, et innovatis; Quibus omnibus, eorum tenoris praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat spacialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§ 6. Volumus demum, ac praecipimus ut omnes Locorum Ordinarii, tam praesentes, quam futuri pro tempore existentes, in approbatione Confessoriorum, tam praedictam Constitutionem Gregorii Praedecessoris. quam praesentem hanc nostram, ab omnibus Sacerdotibus approbadis attente legi, et accurate observari cuarent, moneantque eos in Domino atque hortentur ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritati, judicii integrati peragant, exhibeantque semetipsos ut Ministros Christi et Dispensatores Mysteriorum Dei; Memores praeterea sint, se locum tenere, ac vices obire Summi atque aeterni Sacerdotis, qui Sanctus, innocens, impollutus, per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad fervendum Deo viventi: Sedulo igitur studeant, diligenterque caueant, ne quaerentibus, et pulsantibus eorum culpa Coelum claudatur ne deperditae Oves ad Ovile Dominicum redire properantes, eorum manibus ferarum dentibus dilanianda tradantur; ne prodigi Filii egentes et saucii, ad coelestem Patrem revertentes, nefaria eorum improbi-

tate, gravioribus peccatorum vulneribus dum adhuc in viam sunt, confodianter.

§ 7. Ut autem praesentes Literae ad omnium notitiam facilius deveniant, et nemo illarum ignoramtiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiae Lateranensis, et Basilicae Principis Apostolorum necnon, Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis in monte citatorio, ac in Acie Campi Flora, de Urbe, ut moris est, affige et publicari sique publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos illae concernunt, perinde arctare, et afficere ac si unicuique eorum nominatim, et personaliter intimatae fuisse: utque ipsarum praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem, prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiceretur, si forent exhibitae, vel ostensae.

§ Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae voluntatis sanctiones, pracepti, mandati, et derogationes infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo, kalendis Junii Pontificatus Nostri Anno I.

X. Sub Datarius.—Pro D. Card. Passio-neo.—Cayetanus Amatus.—Visa de Curia.

N. Antonellus.—J. B. Eugenius.  
Loco Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium. Pu-blicata die xvij. ejusdem Mensis. et Anni.

## SECCION II.

### Disciplina particular de la Diócesis.

Juntamente con el atento oficio de V. S. fecha 21 del corriente, recibí el Reglamento que por comision especial de la Junta que V. S. dignamente preside, formuló el Sr. Lic. D. Luis Gutierrez Otero, para el buen régimen de las escuelas parroquiales de esta Arquidiócesis, y que despues de un detenido y concienzudo exámen, ha merecido la aprobacion de la misma Junta; lo cual, en verdad, me basta para aprobarlo tambien desde luego por mi parte; sin perjuicio de tener el gusto de imponerme por mí mismo de su contenido, segun que mis demas ocupaciones me lo permitan, á fin de disponer lo mas pronto posible lo conveniente sobre la publicacion de tan interesante documento, para que cuanto antes surta los buenos resultados que de él debemos esperar.

Abundando en los mismos sentimientos de gratitud y reconocimiento de que se halla animada esa Junta, por el importante servicio que acaba de prestar su distinguido miembro el mencionado Sr. Lic. Gutierrez Otero, con mucho gusto le daré un voto de gracias tan sincero y expresivo como en verdad lo merece, tan luego como me acabe de imponer del referido reglamento

Dios Nuestro Señor guade á V. S. muchos años. Guadalajara, Febrero 25 de 1876.

† PEDRO,  
Arzobispo de Guadalajara.

Señor Prebendado D. Florencio Parga, Presidente de la Junta Directiva de instrucion primaria parroquial.—Presente.

Con el oficio de V. S. fecha de ayer recibí el Reglamento que, por encargo especial de la Junta que V. S. mismo dignamente preside, formó el Sr. Lic. D. Pablo Reyes, para la provision de las escuelas parroquiales por oposicion; y aunque en vista del dictámen de dicha Junta, fué desde luego de mi entera aprobacion, he tenido, sin embargo, el gusto de imponerme detenidamente de todos los artículos de que se compone y he visto, que en efecto, llena satisfactoriamente su objeto.

En tal virtud, y á reserva de dar publicidad al referido reglamento de la manera que mejor convenga, daré á su ilustrado autor los debidos agradecimientos por el interesante servicio que acaba de prestar á las escuelas parroquiales de este Arzobispado.

Dios Nuestro Señor guarde á V. S. muchos años. Guadalajara, Marzo 11 de 1876.

† PEDRO,  
Arzobispo de Guadalajara.

Señor Canónigo D. Florencio Parga, Presidente de la Junta Directiva de Instrucion primaria parroquial.—Presente.